Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

de nostro potius sensu quam de diuinae scribturae auc
toritate proferre. Redi ad librum numerorum et
recordare quid egerit finees sacerdos; qui cum ma
dianitae gentis meretricem. Cum israhelite uiro
sub oculis omnium inpuris uidisset inherere con
plexibus: in diuinae aemulationis impletus:
arreptum gladium per utrumque pectus exegit; quod
opus reputatum est ei a deo ad iustitiam. Dicente
domino. finees sedauit furorem meum. et reputabitur
ei ad iustitiam. Iste ergo cibus irae si terrenus non sit
cibus. cum eo rationabiliter utimur ad iustitiam.
si uero inrationabiliter agatur ira ut innocentes
puniat. aut efferuescat in eos qui nihil delin
quunt. iste cibus erit bestiarum agri. et serpentium
terrae. et uolucrum caeli. His enim et daemones
nutriuntur cibis. qui medis nostris actibus et pascuntur
et satiuntur. Indicium peccatumque est huius operis cain. qui
innocentem fratrem ira decepit inuidiae; similiter
et tam de concupiscentia et de singulis huiuscemo
di affectibus sentiendum est. Cum enim concupiscit
et desiderat anima nostra ad deum uiuum. noster cibus est
concupiscentiae. Cum autem uel aliena muliere
ad concupiscendum uidemur. uel aliquid rerum